properare, multi me circumsistunt, quibus dandæ sunt
in Poloniam literæ. Ignosce, scribam posthac liberi-
ore animo plura. Tu, si quid est otii, obsecro, scribe
mihi copiosè de his nugis: sic n. interpretor. Tum
de libris tuis Aquilone & Mathematicis, quid factum
sit. Christianum plurimùm salvere jubeo et
intelligere cupio, an diu isthic hæsurus sit, et quò tan-
dem cogitet. Vereor ne tibi malum aliquod det ejus
cohabitatio ob Jesuitas, quos eum odisse et persequi veri-
simile est. Wittichij bibliotheca distracta est, à sorore
et aliis infelicibus hominibus, ut audio. Et sanè nihil
habebat memorabile. Ejus mortem nunquam satis de-
plorare possum. Me quidem magis perturbat quam
illum in hac urbe. Tu feliciter vale et diu vive a-
me ama tui amantissimum. Uxor mea plurimùm
te salutat. Bresla 3. Junij 1587. Heri Cupitaneum
hujus urbis ejtulimus.

D. Petro Hübnero

Salutem!

(IV)

Cum nullâ re magis hodiè ad doctrinæ Evangelicæ defensio-
nem contra Pontificios nobis sit opus, quam Orthodoxo con-
sensu in veris sententiis et proprio simplicique sermone: non
possumus non dolere vobis hoc tempore tam periculosam
à Satana moveri quæstionem, non modò Doctorum
vestrorum animos mutuùm distrahere, sed ecclesias etiam
hactenus pacatas, si non dissociare ab aliis, graviter tamen
perturbare posse, jampridem nimirum exoptato est pecu-
dissimo communibus hostibus spectaculo. Factum ergò est prudē-
tissimè à Senatu inclytæ Soc. vestræ, quòd suppresso tur-
bulento libello, incendium nascens in ipso motu fumo vestin-
guere studuit simulque de re tota, ut est gravis, ex quisti-
orum ecclesiarum et piorum Doctorum sententiis
diligenter actionem instituit. Nos, verè dubito eundem

pro sua prudentia, perspecto illorum pio et orthodoxo vobiscum consensu, id unicè curaturum, ut pura, hoc est recepta hactenus et S. Scripturæ de hominis justificatione doctrina porrò in suis Ecclesiis obtineat, nec loca detur etiam inscholasticis spinosæ ejusmodi quæstionis argutiis, quæ longè aliorsum haud dubiè tendunt, quàm primâ fronte appareat.

Porrò quod meam quoq; de hac controversia ad libellum Alberti exquisitis sententia, etsi forte haud meum non est tantis rebus judicare: tamen æquissimæ tuæ voluntati libenter parebo. Sed quò minus nunc possim, aut faciam, in causa fuit tum temporis angustia, quod vix breve de perlectionem libelli spinosissimi et ingratissimæ obscuritatis ac novitatis affectationem quæ huic autori in reliquis etiam scriptis est familiaris, et lectorum animos offendentis, quæq; abolerentis à sui cognitione, recipi vitat. Tantùm primam orationem percurrere vacavit, in qua long ille ipse dicticas videtur velle sententias suæ fundamentum jacere; sed ita miser satagit phrasium ac tenuium rerum novitate et obscuritate se involvens, ut vix exitum inveniat. Tot tum quod dicere voluit, meo judicio est: Cum nulla sit hominum justitia sui ipsius demonstrationibus, nec eò quibus involvat nebulis esse ergò de justitiam Dei confugiendum. Hanc verò esse æternam veræ religionis et cultus divini formam, seu formam, cujus subjectum dicit esse fidem. Omnia confundens loquitur à qua forma sola justi et religiosi denominentur Christiani. Quid sibi velit per Dei justitiam fateor me nondum satis assequi: nisi quod suspicer eum per justitiam eam intelligere qualitatem justitiæ à Deo infusam. Sic enim ait: justitiam cum fide, charitate, spe infundi, sit per justificationem verè justificationem, utte loquar, habitualem, ut cum ex non Magistri. Et tale quid ex scripto de Bezæ intelligo: justitiam Dei ubi libet verò fingi qualitatem possibilem in nobis, cujus forma sit fides nostra, gloriari aliquid fingi potest portentosius. Nec enim justitiam, nec fidem hactenus inertia qualitatis specie collocarunt alli Dialectici. Et si quis non videat nimiùm sic confundi justitiam cum fide, si hæc illius est forma, quæ dat esse rei. Porrò si justitia Dei est qualitas in nobis infusa: non jam est justitia imputata cum ea solum

imputari dicantur, quæ vera alicujus non sunt, sicut contra non imputari, quæ vera alicujus sunt. Non ebrius est justus coram Christo, cum hæc non sit qualitas in eo transiens, sed dicitur Christi forma, ab ipso quæsita, denique non est justus coram Deo, i. e. à Dei judicio non liberans, quâ nulla finita qualitas, præsertim imperfecta (cujusmodi sunt omnes qualitates nobis in fide, teste Scriptura, in hac vita) judicio Dei satisfaciat, sed requiritur totus ejus legis status, quod non solam fidem, quæ non est qualitas quædam, sed præterea caritatem spem, reliquasque virtutes omnes perfectas complectitur. Sed cum nondum satis perspectam habeam Apodictici vestri sententiam, mole hâc fusiùs meam persequi. Nostræ Ecclesiæ, ut nosti, hanc perspicuam & omnis cavillationis plenam sententiam ex orthodoxa confessione Scripturæ & Ecclesiæ veterum retinent ac docent: omnes homines naturâ peccatores, hoc est injustos ac reos esse damnationis æternæ; justificari autem omnes electos à Deo gratis per fidem Jesu Christi, hoc est, per obedientiam & filii Dei pro nobis patri præstitam, gratuitò donatam & imputatam nobis à patre, & fide à nobis apprehensam. Et nunc quæritur, quæ sit ea illa quâ sumus justi coram Deo: non fraigimur cum Jesuitis aliquid in nobis existens; sed fide applicitâ obedientiam Christi, tanquam justitiam nostram, id est, non nostram factam non inhærentem, sed imputatam: sicut nostra inobedientia & reatus fuit Christi injustitia, non subjectivè, sed imputativè, sive ut dicitur, Christus factus est peccatum, id est, reputatus est peccator. Per obedientiam autem intelligimus humiliationem universam. Neque cum dua obedientia confundimus aut conjungimus obedientiam seu justitiam Christi habitualem seu legalem, quasi ex duabus partibus una sit conflata perfecta justitia. Agnoscimus enim in Christo tripliciem perfectissimam justitiam: Unam Deitatis & rationis cujus in habitatione in nobis olim Osiander finxit nos justificari: alteram itidem & rationis formam sanctissimæ humanitatis, sinequa

non potuerit esse noster Pontifex Heb: 7. 26 Verbum personæ Mediatoris, quam propter officium moriendo pro nobis exercuit. Atq; hanc solam Scriptura nobis pro justitia imputari dicitur, quia per hujus imputationem non modò à morte æterna seu reatu absolvimur, sed etiam justi, ergo hæredes æternæ vitæ reputamur. Expiavit enim Christus sacrificio non modò reatum, sed etiam culpam omnem 1 Joh. 1. ergò etiam defectum justitiæ originalis: quem nonnulli sanctitatis dicunt, sed justitiæ habitualis Christi imputatione tolli volunt. Sed video me longius hic progressum esse, quàm volebam. Perlecto itaq; libello, quid videatur de dogmate Alberiano, volente Deo, ex me cognosces. Vögelinus Lipsiæ huc perscripsit, Electorem Saxoniæ in Conventu Ordinum ditionis suæ inter alia proposuisse in deliberationem: utrum videatur consultum in scholas revocare Examen & locos communes Philippi: Assensum est à Civitatibus & Prælatis: solis equitibus refragati sunt, ex quibus tamen aliqui sententiæ esse sententiæ non dissimularunt. Ita judicium Electori relictum est, qui speratur omninò veterem confessionis doctrinæ formam in Saxoniam posthuminò revocaturus esse. Observaveram exemplar Bibliorum operâ meâ ab Harnisio expensorum Bibliothecæ inclytæ Reipubl. vestræ: sed quia tabellarius commodè gestare non potuit, occasionem transmittendi aliam expectabo. Salutа ex me et collegâ meo D. Musculum, D. Hortinum et fratres omnes. Dominus Jesus sanctis vestris laboribus magis ac magis benedicat, et pacem vobis à turbatoribus domesticis juxta ac hostibus foris grassantibus clementer præstet. Vale mi Lectre; Heidelbergæ 13. Octobr. Anno 1587.